tempore fuit legatus in Francia et multas bonas ordina-
tiones ibi ~~dimisit~~ dimisit, firmatas in provincialibus ca-
pitulis per eum congregatis. Fuit enim primo missus
illuc per dominum Urbanum quartum, per quem dūm
fuit ad cardinalatum promotus, secundo per dominum dūm
Gregorium X^um. Vir in nuptibus multum fuit magni-
ficus et cardinalis et papa, religionum amator, Mi-
norum maxime et Predicatorum. || In eius autem electione
accidit turbatio, quia dominus Matheus Rubeus cardi- do^us
nalis fuit singulariter reclusus in quadam camera
per officiales Viterbienses, consentiente domino Ricardo, dūo
nobili viro Romano de Annibaldensibus, dicto de la Rota,
qui tunc erat dominus in Viterbio. Cardinales autem
tunc non includebantur secundum formam constitutionis,
que revocata fuerat per Iohannem papam. Reclusio
tamen erat spontanea, ut de electionibus aliorum prelatorum
fieri solet. Ex hac igitur violentia omnes auctores sen-
tentiam excommunicationis incurrunt, et civitas supponitur
interdicto, et ex tunc ibidem curia residentiam facere
noluit. || Predictus tamen Riccardus cum multa humi-
litate venit de domo propria Rome nudis pedibus et cum dūi
corrigia ad collum usque ad domum domini Mathei, humi-
liter veniam petens, et idem cardinalis eius absolutionem
impetravit. Papa quoque in Viterbio noluit coronari, sed in
Urbe-veteri. ~~[illegible]~~ V cardinales fecit et dominum Bero- do^um
nimum episcopum, qui erat presbiter cardinalis, simi-
liter dominum Gerardum tituli XII apostolorum. Inter do^m
V vero priores promovit dominum Benedictum Gaetani do^m
in dyaconum cardinalem tituli Sancti Nicholai in car-
cere Tulliano. || Electus quoque senator Urbis loco sui
regem Sicilie instituit, eligens de familia eiusdem
regis in Viterbio existentis ~~ad~~ milites ad regendum
tam patrimonium quam Campaniam, marchiam et
ducatum. x In Romandiolam vero destinavit comitem x f. 169.
Iohannem de Appia cum soldatis Gallicis fere octingentis
contra comitem Guidonem Montis-feltri, qui terram
ecclesie in illis partibus detinebat. || Tunc piscis
marinus captus est habens leonis effigiem in parte
illa maritima que sita est versus Montem-altum.
Cucurrit autem ad videndum monstrum multitudo ci-
vialium. Erat enim pellis ipsius pilosa, pedes breves, cauda